



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 100. Tituli de jurisdictione, & excommunicatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.

A.C. 1584.

S. C.

Tituli de jurisdictione & excommunicatione.

Sequentes tituli, trigesimus, trigessimus primus, & secundus agunt de jurisdictione, excommunicatione, necnon de Archiepiscopis, & Episcopis, ac circa primum articulum Synodus insistendum ait iis, quæ jam antea circa hoc caput præscripta fuere, postea subjungit: *Excommunicationis pœna magno cum iudicio, & non nisi gravioribus in causis utantur Episcopi, nec levi de causa censuram Ecclesiasticam adhibeant: & ipsi de causis iudicent, & ad id præstandum sola conscientia, & rei gravitate, non vi, aut cujusquam auctoritate compellantur.*

Canon II. *Excommunicationem semper præcedat trina monitio, ne temere decernatur: cum omnium pœnarum, quas peccatoribus Ecclesia infligit, sit maxima.*

Canon III. *Cum excommunicato, qui obstinatus in excommunicatione permanserit, nemo versetur, aut cibum sumat, aut contrahat.*

Qui vero notorie excommunicati migrant ex hac vita, priventur sepultura Christiana, sicut hæretici, & schismatici.

Denique præscribit, ut vacante Sede Episcopali fiant preces publicæ, ut Deus,

in cuius manu sunt corda hominum, & Sæcul. XVI.
 bonum, & idoneum pastorem populo suo A. C. 1584.
 indulgeat: & supplicationes publicæ a ca-
 pitulis indicantur, in quibus de necessitate
 boni pastoris concio habeatur ad populum.

Episcopi autem admissi a Sanctissimo
 Domino nostro Papa intra tres menses
 consecrentur. Episcopi consecrati, quam
 primum poterunt, Ecclesiam suam adeant.

§. CI.

*Titulus trigesimus tertius de Visi-
 tationibus.*

In titulo trigesimo tertio de visitatio-
 nibus Episcopalibus septem hi Cano-
 nes notatu digni sunt: Canon I. Episcopi
 quotannis visitent singulas Ecclesias sibi
 subditas, & alias etiam exemptas, qua-
 rum visitatio ex facultate a sacris Cano-
 nibus tributa ipsis incumbit: quodsi unius
 anni spatio perficere non poterunt, con-
 tinuetur visitatio in sequentes annos.

Canon II. Verbum Dei prædicent
 populo, aut prædicari curent, dum visi-
 tant, ad animos hominum erroribus ex-
 purgandos.

Canon III. Inquirant visitantes in
 vitam, & mores, præsertim Ecclesiasti-
 corum, ut eos corrigant.

Canon IV. Episcopi dum visitant
 hospitalia, collegia & Scholas in primis
 opera pietatis curent, executionem testa-
 mento-